

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ... ad  
exequias, quas Viro ... Dn. Joachimo Meineken/ Senatori huius Reip. Urbicae &  
Camerario Seniori, Liberi eius maestissimi, Hodie ... paratas cupiunt. Omnes &  
singulos Academiae Cives ... hortatur**

Rostochii: Kilius, [1666]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770362125>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H.B.,  
in  
J. Meineke.  
Rostock, 1666.

39







RECTOR 28.  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
HEINRICUS RU-  
DOLPHUS Redeker/  
J. U. D. P. P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil:



& Consistorii Ducalis Assessor,  
ad exequias,

quas  
Spectatissimo & Prudentissimo

D. N.  
JOACHIMO  
Weineken/

Senatori hujus Reip. Urbicæ  
& Camerario Seniori,  
Liberi ejus mæstissimi,

*Hodie, horâ I. in æde D. Mariæ sacrâ,  
paratas cupiunt.*

Omnes & singulos Academiæ Cives, ex officio,  
ut humanitatis memores sint, hortatur.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typog



## Salutem!

**N**emo nostrum, qui nati homines sumus, fallimus mortem, vel ejus spicula evitamus. Vita præcedit, mors eandem sequitur, & quos diu pressit, eos tandem opprimit.

*Mille via spatia ultima pandant,*

*Nec curquam vitare homini fas funus*

Illa atra Diva, mors, cuiq; nostrum super caput cottidie versatur, & ultimas vitalis clepsydre arenulas, insatiabili expectat oculo. Æquè certè est naturale hominibus mori, ac nasci; nam mors, simulac nati sumus, ubiq; proxime nos est, & nos, uti umbra corpus, sequitur. Statutum enim, teste Apostolo, homini semel mori. Nec ullus in orbe est, vel fuit, vel, erit artifex, qui tale possit concinnare artis suæ monumentum, ut mortis expellat lethales ausus. Stultum est æratem disponere, vel dispescere, cum ne crastino quidem domineimur, atramen sagaces naturæ filii varios comminiscuntur vitæ terminos. *Nescit homo, inquit Eccles. c. 9. finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenit mors.* Nihil itaq; moremur mortis terricula-  
menta, cum nobis subinde debeamus in animum revocare nostrum: *moriendum est.* Metus proinde ejus, uti  
est nature

est natura debitum, gravior est, ac mors ipsa. Nec abs re  
dictum est ab illo, qui duntaxat Philosophus fuit: *Pompa  
mortis magis terret, quam mors ipsa.* Quæ nobis terribi-  
lia videntur, sunt gemitus, singultus, pallor oris, amici  
privatio, amicorum lacrymæ, & apparatus ater, hæc  
sunt quæ timorem mortis nobis incutiunt, mors ipsa au-  
tem est omnium malorum remedium, egregiè *Senec. l. 2. c.  
ult. nat. Q. contemne mortem, & omnia qua ad mortem  
ducunt, contempta sunt.* Vir senex si mori nolle, viri nomen  
non mereretur, nec dignus, qui vixerit, est; cum scire  
debeat, mortem sequi senectutem, uti senectus adole-  
scentiam. Uti enim infantia expectat adolescentiam, ado-  
lescentia virilitatem, virilitas senectutem, ita senectus  
mortem. Senex nihil amplius quam mortem potest  
optare aut sperare, quia vidit omnia illa, quæ ad natura-  
lem vitæ cursum pertinent: nec quicquam amplius po-  
test exigere, quia consecutus est omnia illa ad quæ tende-  
bat, & quæ à natura concessa sunt. Senectutem per se  
morbum esse, senes omnes uno testantur puncto; pro-  
inde pressi calamitatibus nihil magis optare possunt,  
quam quietem; quies autem non nisi in morte, quæ om-  
nium malorum terminus est, firma. Hæc quidem  
natura hominum est, quod mortem, cujuscunq; etiam  
sint ætatis, timent omnes, scire tamen potius debebant,  
vel potius discere, vitam nostram eo magis decrescere vi-  
ribus, quo magis crescit ad annos. Hæc omnia scivit,  
adeoq; pie & prudenter secum cogitavit, *Vir Spectatissi-  
mus & Prudentissimus DN. JOACHIM: Meineke Senator  
& Camerarius hujus urbis præcipuus,* qui partem senectutis  
venerandæ optimam putavit, quando senectutis incom-  
moda ponderavit, & se morti, quam cotidie affuturam  
crede-



credebat, preparavit. Multos, ait Augustinus, in exitum trahit, cum clamitant: *Cras, Cras*: noluit illorum numero accenseri optimus senex, quia se jam jam moriturum ob senium cogitavit; quo enim plus temporis avolat, hoc mors ter magis adpropinquat. Natus autem est, 3. die Augusti, Anno 1588. Wredenbaga hic in Megapoli. Patrem habuit Virum Spectatissimum DN. Hans Metnefen/ dicta praefectura Ducalis Wredenbagenensis officialem. Matrem autem Faeminam honestissimam LUCIAM Fischers. Avos ejus Proavosq, caeterosq, ejus majores, suis nominibus & titulis dignos, huc adscribere longum potius & ambitiosum, ac utile foret, cum ex propriis innotescere meritis magis cordi fuerit pie defuncto, quam ex aliorum insignibus, quod fieri ad solet vulgò, laudem vel gloriam quarere. A primo autem nativitate tempore, ne quid negligere viderentur solliciti ejus parentes, per sacrum baptismum eum regenerari, & in Ecclesiam Christi cooptari curarunt, nec, cum vix infantiam egressus esset, quicquam, quod ad ejus educationem meliorem conferret, intermiserunt, quin potius, ut in timore Domini cresceret, eum erudendum fidelibus demandarunt Praeceptoribus. Postquam autem indoles ejus aptior commerciis quam studiis videbatur, supputandi & scribendi peritiam Wistochii addidit, in qua cum felices fecisset progressus, Anno 1606. Rostochium, bonis avibus, venit, & ut in mercatura diligentius exerceretur, DN. GOSMANNO Buchen/ mercatori hujus Urbis primario, commendatus est, apud quem Institoris partes per integrum septennium fidelissime sustinuit. Ab illo bonam cum gratia discessit, seq, Hamburgum, ut uberiores in mercatura progressus faceret, contulit, & per quadriennium, & quod excurrit, DN. PETRO Kleinenberg/ diligentissimam elocavit operam. Ubi itaq, sub ministerio suo sericariam negotiationem probe

probe addidit, Anno 1617. Ipse negotiarum incepit, suamq; negotia  
magna cum laude profecutus est, nec, benedicente Deo, modicum  
lucris fecit. Quando autem se solum rei familiari imparem esse  
intellexit, premisis precibus, Anno 1620. 19. Septemb. Virgi-  
nem Lectissimam, ANNAM, Viri Solertissimi DIONYSII  
Lippermans / mercatoris quondam hic laudatissimi, filia-  
am charissimam, in Uxorem duxit, & cum illa per annos 32. pa-  
catissimo in conjugio vitam traxit, divinamq; benedictione, sex  
liberos, quatuor scilicet filios, duasq; filias, nomine JOACHI-  
MUM, ELISABETHAM, ANNAM, JOHANNEM,  
CAROLUM, & ARNOLDUM, genuit, quorum tres pos-  
tremi mature satis ex hac miseriarum valle evocati, reliqui  
autem, maximo cum luctu, patris mortem prosequuntur: ex  
quibus natus maximus DN. JOACHIMUS, Hypothecarius  
in Rixig / paucos ante annos, ex divina providentia, cum vo-  
bilissima Virgine ELISABETHA, Viri Nobilissimi atq; Am-  
plissimi DN. MAURITII Newbauren / Serenissimi Ele-  
ctoris Brandenburgici olim Capitanei & Praefecti in Friede-  
richswald / ut & in inferiori Pomerania, Camera Consi-  
liarii, filia dilectissima, conjugium contraxit, & ex illa filium  
JOACHIMUM Moritz / procreavit. Filia vero nata major  
ELISABETHA, Viro Consulissimo DN. JOHANNI  
Dreyer / Judicii Urbici & Scabinatus Stetinenfis Assessor-  
ri, Judiciiq; Aulici Advocato meritiissimo, nuptui locata,  
quo cum felici matrimonio quatuor liberos, unam nempe  
filiam, & tres filios, nomine, JOHANNEM JOACHIMUM,  
CHRISTIANUM CAROLUM, ANNAM ROSINAM  
& ARNOLDUM FRIDERICUM, progenavit. Altera nata  
minor filia ANNA Viro p.m. integerrimo, DN. JOACHI-  
MO Brunen / mercatori ap. nos celeberrimo, & Cassae Pro-  
vinc. questori solertissimo, matrimonio juncta fuit, qua durante  
illor

illo, septē ipsi liberos, tres nempe filios autē quatuor filias, enixa  
est, e quibus JOHANNES LUDOVIGUS, & CATHARI-  
NA ELISABETHA, jam dum placidē obdormiverunt, ceteri  
autem, cen DANIEL JOACHIM, ANNA DOROTHEA,  
CATHARINA ELISABETHA, CHRISTIANUS AR-  
NOLDUS, & MARIA JUSTINA, superstites degunt,  
Aviq; mortem maximē lugent. Itaque defunctus 19 liberorum pa-  
ter & avus factus, nepotes & pronepotes, ex benignā Dei con-  
cessione latus conspexit. Constante autem matrimonio varias in  
suis negotiis expeditiones, tã per superiorem, quam inferiorem  
Germaniam non sine magno vita discrimine suscipere coactus  
fuit, pro quarum felici successu maximas saepe Deo grates egit.  
Quantum nunc porro ad pre defuncti vitam Christianam  
& beatum obitum attinet, de illis supervacaneum est multa  
commemorare, cum omnibus, qui eum noverunt, & quibus cū  
versatus est, abunde constet, quantum vera Religioni addictus,  
pietatem pro virili & sacra coluerit, proximisq; suis & egenis  
benefecerit, & praeprimis ad id contenderit, ut & Deum sibi  
propitium, & famam vite honesta conservaret. Uti a. erga  
Deum pius, ita & à quibusvis redamatus, & ad officia, hac in  
urbe conspicua, provocatus fuit: quandoquidem non modo in cen-  
tum virorum numerum receptus, aliisq; civilibus officiis fun-  
ctus, sed & Anno 1633. festo Matthiæ, in Senatorem electus,  
cum maximā apud posteros laude Senatoriā dignitate defun-  
ctus est, & erga quosvis, prout deceuit, officiosum se prae-  
buit, nec adeptio illo honore prae aliis se extulit, attamen nec invidi,  
vel osores potius, ipsi desuerunt. Cum itaq; & senium & mor-  
bus optimi huius Senatoris, corpus eius viresq; mirum in mo-  
dum attenuarent, prosternerentve, 6. die mensis Julii primum  
decumbere cepit, neq; tamen, uti erat animo pariter & corpore  
robustus, cedere voluit, sed, quod homine Christiano neuti-  
quam

quam indignum aut indecorum est, Virū Amplissimum, Ex-  
perientissimum & Excellentissimum, DN. JOHANNEM  
BACHMEISTERUM Medic. D. celeberrimum, & Pro-  
fessorem Clarissimum, amicum, collegam, & compa-  
trem nostrum honorandum, ut vim morbi, si ita in satis es-  
set, adhibitis convenientibus medicamentis, expelleret, ad  
se ut veniret, rogari iussit: qui etiam nec presentiam nec opem,  
ut egregius hic Senator & Camerarius Senior in vivis adhuc  
servaretur, denegavit, sed omnem, restituenda sanitati adhi-  
bitis curam atq; industriam, quod ipse ille, ceu testis omni fide,  
in arte sua major, datis literis abunde testatur. Quamvis Ve-  
nerand⁹ senex Vir Spectatæ integritatis DN. JOACHIMUS  
Meineke / corpus sat firmum & validum, morbisque  
minimè obnoxium, præter Calculum, quod malum ipsi  
quasi familiare erat, sortitus esset: Tamen ante aliquot  
annos multis & pertinacissimis Viscerum obstructioni-  
bus, quæ Scorbutum vehementiorem comitem habe-  
bant, laborare cepit. Hinc tanta pedum intumescen-  
tia orta, ut per quatuor & plures annos vix de loco in lo-  
cum sese movere potuerit. Qualia verò & quot seden-  
taria hæc vita incommoda atq; symptomata produxerit,  
vix in præsens exprimere licet. Modò enim appetitus  
plane prostratus, modò urina obstructa, modò respiratio  
ad modū difficilis, modò deniq; insultus Epileptici ipsum  
infestabant. Accedebat maximum ex utroq; pede sero-  
sæ materiæ continuo quasi ductu profluvium, quo etiam  
tandem consumptus & viribus paulatim dejectis ac pro-  
stratis in Carum ultimo delapsus, placide extinctus, in  
Christo obdormivit, nil proficientibus exquisitissimis  
etiam & specificis adhibitis medicamentis. Postquam au-  
tem Vir prudens, ex corporis sui præva dispositione, suapte  
sponte

Contē conjectit, se decretorium sati iētum haud evitaturum, id  
volvere in pectore cepit, id dare op eram praecipue cogitavit, ut,  
quandocunq; ultima veniret hora, paratus esset, ejus se subicere  
Imperio, quem penes & vita nostra & mortis arbitrium est. Re-  
lictis itaq; rerum humanarum curis, se totum Deo commisit,  
quem sequi libenter & optimum & Christianissimum putavit  
semper. Acquiescit proinde, 14. die Julii, inter medias pre-  
ces, adeoq; placidissimo lenissimoq; obitu, cum plenam aetatem,  
annos scilicet 77. menses 11. & dies 10, inter hasce mundi cala-  
mitates & Symplegades impleisset. Nihil Nos, Viro Senatori, qui  
inter vivos bene egit, ad contestandum ultimum humanitatis &  
benevolentia officium, magis prestare possumus, quam se ve-  
niamus exequias eamq; frequentes. Efferetur autem ex adi-  
bus suis hodie hora 1. post meridiem, & humabitur in tem-  
plo Mariano, ubi etiam conventus, ad honestam  
deductionem funeris, instituitur.

P. P. sub Sig. Rect. 6. Novembr.  
Anno 1666.













quam indignum aut indecorum est, Virū  
perientissimum & Excellentissimum  
BACHMEISTERUM Medic. D. cele-  
fessorem Clarissimum, amicum, co-  
trem nostrum honorandum, ut vim  
set, adhibitis convenientibus medicam-  
se ut veniret, rogari iussit: qui etiam nec  
ut egregius hic Senator & Camerarius  
servaretur, denegavit, sed omnem, resti-  
buit curam atq; industriam, quod ipse ille  
in arte sua major, datis literis abunde te-  
nerand<sup>o</sup> senex Vir spectatæ integritatis  
Meinesse / corpus sat firmum & val-  
minimè obnoxium, præter Calculum  
quasi familiare erat, sortitus esset: T  
annos multis & pertinacissimis Visc-  
bus, quæ Scorbutum vehementiore  
bant, laborare cepit. Hinc tanta p-  
tia orta, ut per quatuor & plures ann-  
cum sese movere potuerit. Qualia  
taria hæc vita incommoda atq; sympt-  
vix in præsens exprimere licet. Mo-  
plane prostratus, modò urina obstruc-  
ad modū difficilis, modò deniq; insult-  
infestabant. Accedebat maximum e-  
sæ materiæ continuo quasi ductu prof-  
tandem consumptus & viribus paulat-  
stratis in Carum ultimo delapsus, pl-  
Christo obdormivit, nil proficienti-  
eriam & specificis adhibitis medicame-  
sem Vir prudens, ex corporis sui prava

um, Ex-  
NNEM  
& Pro-  
compa-  
satis ef-  
eret, ad  
ec opem,  
is adhuc  
ti adhi-  
ni fide,  
vis Ve-  
HIMUS  
oisque  
um ipsi  
aliquot  
ctioni-  
r habe-  
nescen-  
o in lo-  
e seden-  
luxerit,  
petitus  
spiratio  
i ipsum  
de sero-  
o etiam  
ac pro-  
tus, in-  
tissi mis  
quam au-  
suapse  
sponic

